



Theologiæ Sacramentalis Scholasticæ Et Moralis Pars ...

Ad Mentem Doctoris Subtilis Ioannis Duns Scoti D. Augustino conformen

In qua tractatur de Virtute ac Sacrameto Pœnitentiæ

Bosco, Jean a

Lovanii, 1670

Concl. V. In extrema necessitate sufficit Confessio unici peccate venialis in particulari, immò peccati solùm in communi, his aut similibus verbis;
Peccavi & pero Absolutionem. Quidni possit, & ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73393](#)

dem in genere aliquo subalterno dixerit, sed solum in communi: Peccavi, & peto Absolutionem; negant Aliqui Absolutionem valere: ego cum communi sententia dico:

CONCLUSIO V.

In extrema necessitate sufficit Confessio unici peccati venialis in particulari, immo peccati solum in communi, his aut similibus verbis: Peccavi & peto Absolutionem. Quidni possit, & debeat absolvvi ad quodcumque signum externum Contritionis?

93 Exusant Aliqui infirmum ab integritate materiali Confessionis, quando ob gravitatem morbi, indispositionem capitii &c. non fert longum examen, nec sine magna difficultate & notabili defarigatione potest omnia explicare, tametsi à Confessario adjutus; quod magis, si physice impotens est, & jam jam creditur moriturus? Et verò, nulla est ratio prudenter dubitandi de prima parte Conclusionis, cum unicum peccatum veniale sit materia sufficiens & certa (secundum communem sententiam) validæ & licita Absolutionis.

Perinde autem est, sive necessitas proveniat ex parte infirmi, sive ex parte Confessarii; v.g. si Confessarius creditur moriturus ante finem integræ Confessionis, & non adsit alius, cui infirmus ante mortem posse integrè confiteri, tametsi velit. Sin autem adsit alius, cui commode posse integrè confiteri, dubitatur, an tunc prior Sacerdos possit absolvere à peccatis auditis? Aliis affirmantibus, Quibusdam negantibus.

Affirmantes pro fundamento allegant difficultatem iterata Confessionis eorumdem peccatorum, que ipsi videtur sufficiens causa dimidiandi Confessionem. Sed contrarium videtur Negantibus, & probant à simili: quia (inquit) Illi, qui affuerint Superiori posse audire sola reservata, & absolvire ab illis, addunt tamen, debere potest Confessionem integræ fieri de omnibus apud alium Confessarium. Respondeo; illam additionem apud me esse falsissimam, supposito quod Superior sacramentaliter absolverit, & valide à peccatis reservatis, de quo alibi tractavimus.

Probant secundò ab alio simili: si accedat ad me penitens, & dicto uno atque altero peccato ad vertam, me illius idioma capere non

posse, non debeo illum à peccatis jam dictis absolvire, sed, juxta communem usum, debeo illum remittere ad alium Confessarium, illius lingue grarum, nisi aliquid aliud obfet. Item, si penitens dictis multis peccatis non reservatis, dicat potest unum reservatum, non debeo, aut possum ipsum absolvire à non reservatis, præcisè ne iterum cogatur ea confiteri; quia Eam docet Lugo.

Idem hanc sententiam docet Lugo disp. 17. n. 4. Quæ indubiè probabilis est, immo videotur probabilior propter secundum simile, ad quod contrariae partis Autores non respondent; nec video quid responderi queat, nisi absolvit negando ralem usum.

Ad tertium simile respondet Arriaga disput. 36. n. 9. Eo casu Sacerdos ratione reservatorum agnoscet, se non habere potestatem absolvendi validè: quid ergo mirum, si non absolvat? In nostro autem casu non est ea ratio, cum supponamus eum habere integrum jurisdictionem. Confirmo: quia in casu questionis videntur Autores docere, elid' illicitè, validè tamen dari posse tunc Absolutionem; at in casu de reservatis, si auditio reservata daret Sacerdos Absolutionem, profectò ea esset invalida; est ergo disparitas inter utrumque. Hec ille.

95 Sed contrà: qui compulsus necessitate, v.g. communicandi, confiterit reservata & non reservata inferiori, validè absolvitur, à non reservatis. Si ergo aliquando invalidè absolvitur, est propter indispositionem, quia non habet justam causam dimidiandi Confessionem; & ideo mortaliter peccat, petendo Absolutionem à solis non reservatis, quando comodè potest accipere Absolutionem ab omnibus. Unde invaliditas in hoc casu non oritur ex defectu jurisdictionis (nisi respectu peccati reservati, quod indubiè tenetur rursum confiteri) sed ex defectu dispositionis (sicut dixi) adeoque si penitens procedat bonâ fide, & Confessarius bonâ vel malâ fide absolvat à peccatis non reservatis quantum potest absolvere, Absolutio erit valida à peccatis non reservatis: p.e. conséquens non erit obligatio iterata Confessionis illorum peccatorum.

Et confiniliter, si infirmus in casu questionis non habeat justam causam dimidiandi suam Confessionem (ut Cardinalis existimat) neque ipse validè absolvetur, non defectu jurisdictionis, sed dispositionis, utpote peccans mortaliter, dum petit Absolutionem dimidiata, ubi sine notabili incommmodo potest habere integrum.

96 Sia autem justam habeat causam dimidiandi (ut probable putat Arriaga supra n. 10.) tamen affirmitur, si validè, immo & licite absolvatur, mativam probabilem, & proditum, & pro quia occupationes Superiorum sunt justa causa, secundum

secundum Aliquos, absolvendi à solis reser-
vatis, remissi penitente pro Absolutione
aliorum peccatorum ad inferiorem; ut etiam
magnus concursus prementium se pro Confe-
ssione, apud Nonnullos, est iusta causa dimi-
diandi Confessionem: ergo similiter difficultas
iteratè confitendi eadem peccata.

Verum, sicut hæc similia sunt valde incer-
ta, & plerisque negantur; & precipue illud
ultimum de magno concurso: ita valde incer-
tum, an illa difficultas sit causa sufficiens; &
ideo non facile dimidianda Confessione quando
finè alio incommode, quā iteratæ Confes-
sionis, potest infirmus integrè confiteri. Sinè
alio (inquam) incommode: nam si diutius,
quā par est, deberet carere hoc Sacramento;
Sacerdos moriturus posset validè & licetè ab
auditib⁹ absolvere; nam illa est causa legitima
faciendi Confessionem non materialiter inter-
gram, inquit Lugo suprà.

Si autem à me queritur, quid consilii, au-
quid fact⁹ opus, quando Sacerdos ccepit audire
Confessionem ægroti, vel etiam fani, &
difficiliter perficiendam alterā die, si eum tunc
inveniat sensibus destitutum? Respondeo:
finē scrupulo eum absolvat, dummodò non
conset eum mutasse voluntatem; quæ mutatio
hanc facili potest præsumi in illo articulo. Ita
Lugo suprà n. 6, cum Aliis, quos citat, Con-
fusat Dicastillo disq. 9, n. 741. & Arriaga
suprà n. 11. Ratio à fortiori patebit ex di-
cendis infra de Absolutione moribundi qui
solum Catholicæ vixit.

Venio ad secundum partem Conclusionis,
quando infirmus non potest ullum determina-
tum peccatum exprimere, nequidem in
genere aliquo subalterno, v. g. luxuriam,
injustitiam &c. immò non potest dicere, se
mortaliiter peccasse; sed solummodò, se pec-
casse. Atque in hoc casu Multi, quos refert
Lugo suprà. n. 7. negant infirmum posse
absolvi. Fundamentum est, quod illa non sit
Confessio (quæ tamen est quasi materia essen-
tialis hujus Sacramenti) quia non dat noti-
tiam Confessario, quana ante non habuit;
sciebat enim ipsum esse peccatorum, cùm
scriptum sit 1. Joan. 1. v. 8. Si dixerimus quo-
niam peccatum non habemus, ipsi nos seducimus,
& veritas in nobis non est. Et Jacob. 3. v. 2. In
multis offendimus omnes.

Hinc Conc. Trident. sess. 14. c. 5. Confusat
Sacerdotes indicium hoc inquinat⁹ causa exercere
non potuisse; neque aquitatem quidem illos in penit-
itiungendis servare potuisse, si in genere dumtaxat,
& non potius in specie ac sigillatim sua ipsi peccata
declarassent. Igitur rectum judicium (quale
debet esse Absolutione) postulat cognitionem
causa in particulari: actiones quippe verbi
debent circa particularia. Jam autem Absolu-
tio in casu questionis non versatur circa ali-
quod particolare peccatum; & ideo nullum

directè remittitur, sed omnia rursus subjic-
enda sunt Clavibus Ecclesie in specie ac sigil-
latim, ut sic directè remittantur. Ergo prior
Absolutio invalida; nam semper debet homo
absolvi ab aliquo peccato directè, ut indirectè
absolvatur à reliquis, quæ non dicit. Ex quo
pater disparitas inter Confessionem unius tan-
tum peccati in particulari, cæteris ex jux-
ta causa tacitis; & Confessionem peccati in com-
muni.

Si dixeris: Absolvitur directè ratio peccati
in communis, seu ratio generica peccati. Con-
trà: vel illa ratio est aggregatum ex omnibus
rationibus particularibus; & hoc non, quia
sic omnia peccata essent directè remissa, nec
esse obligatio illa iterum confitendi; vel est
aliqua pars metaphysica illius peccati; at ne-
que hoc dici potest, quia Deus si remitteret
directè adulterium sub ratione tantum gene-
rali, retineret adhuc totam averionem ab illo
peccato sub ratione specifica, adeoque tantum
jus, quantum antea: nam gravitas specifica
adulterii includit rationem communem offen-
se divinae; nisi dixeris posse manere speciem
destructo genere, hominem destructo animali,
quod est manifestè impossibile. Putas, quia
confitetur rationem specificam adulterii,
non confitetur rationem peccati in communis?
Non est sapientis hoc putare. Quomodo ergo
ratio in communis directè fuit absoluta? Nam
quod semel directè absolutum est, non oportet
amplius confiteri.

Hec sunt præcipua fundamenta istius op-
tionis, que hodie, meo iudicio, vix est pro-
babilis, tum propter auctoritatem Ritus illius ei propria
Romani Tit. de Sacramento Pœnitentia, ubi
sic dicitur: si inter confitendum, vel etiam an-
tequam incipiat confiteri, vox & loqua ego da-
feras, natibus & signis conetur Sacerdos quod fieri
potest peccata penitentis cognoscere; quibus utrumq.
vel in genere, vel in specie cognitis, vel etiam si
confitendi desiderium, sive per se, sive per alias offen-
deris, absolvendis est; tum propter alias audi-
ritates, quas videre poteris fact. 7. concil. 4.
ubi de Confessione facta absenti.

Ratio ergo Conclusionis nostræ est volun-
tas Christi, ita instituentis Sacramentum Peni-
tentia, ut possit validè illis administrari,
qui eo modo, quo possunt, confiterent sua
peccata, sive in genere dumtaxat, quando de-
claratio in specie & sigillatim est physicæ aut
materialiter impossibilis; sive potius in specie &
sigillatim, quando nihil obstat. Hanc volun-
tatem colligimus ex communi praxi Ecclesiæ,
& unanimi consensu DD. paucis exceptis
quos citat Diana p. 3. tract. 3. refol. 1.

Nec difficilè erit satisfacere eorum funda-
mentis suprà allegatis. Nam ad primum Re-
spondeo unico verbo: talis Confessio est vera
materia, aut quasi materia Sacramenti Peni-
tentia; est enim dolorosa sui ipsius accusatio
de pec-

97.
sed que ex-
que incep-
tuunt,

Resolutio
aliqua ca-
sus.

Lugo.
Dicastillo.
Arriaga.

Lugo.

1. Joan. 1.
Cenc. Trid.

Quem effe-
tus ha-
bit acci-
pere in
rit ipsu-
sciveri
Nonne
aliquis
dubit.
Et si
cufario?
punire,
tationis
tali, ef-
peccatore
cie ac fig-
liter ab-
viā accu-
Confessio
confessio
fessionem
nere?
Quid fi-
rat tamen
lis eran-
tiā Abso-
damata
peccaveri
Christum
plus pof-
tū rōnd
(inqua-
casibus,
fuscipi,
ticulū in
generalite
convenie-
101.
Assene-
gnitā cau-
le requiri-
sigillatim
suffici
alia mag-
Consequen-
tio, q
ticulari
impor-
Adverba-
Dices
saltē a
minare
casu Con-
bavimus
Respon-
parte de
casu Co-
muni co-
clesia;
in specie
cum ol-
cie & si-
mental

de peccatis commissis, ex qua Sacerdoti innocentia estatus p̄enitentis eo modo, quo pro tunc potest innotescere. Non quia antea non scivit ipsum esse peccatorem; sed quod hoc non sciverit viâ accusationis, prout de facto fecit. Nonne s̄p̄ius in iudicio humani accusatur aliquis de crimen, antea iudicii noto? Indubitate.

*Quoniam effec-
tus ha-
bit de pec-
cato in
causa in
accusa-*

Et si queras, quem effectum habeat illa accusatio? Respondeo: tunc tenetur iudex illud punire, cum antea non teneretur defectu accusationis. Ergo similiter in iudicio sacramentali, est Confessarius optimè sciāt, me esse peccatorem; immō omnia peccata mea in specie ac significatione; non potest me sacramentaliter absolvere, nisi eadem peccata cognoscat viâ accusationis. Nonne omnes admittunt, Confessarius posse absolvere peccata in specie confessi, que tamen antea noverat extra Confessionem? Cur non similiter peccatum in genere?

Quid si aliquis meminerit se peccasse, ignorat tamen genus & speciem; exsilias quia talis eram in articulo mortis privandus erit gratia Absolutionis, idque cum pericula aeternae damnationis, si forte solū sit attritus, & peccaverit mortaliter? Non est credibile, Christum ita instituisse hoc Sacramentum, lapidis post Baptismum necessarium ad salutem, ut nondum regeneratis ipse Baptismus; sic (inquit) limitate instituisse, ut in multis casibus, etiam maximē necessariis, non posset suscipi. Cum ergo s̄p̄ius contingat, ut in articulo mortis homo non possit confiteri nisi generaliter, id est, de peccatis in genere; plane conveniens erat, ut illa Confessio sufficeret.

*102.
Infor-
matio
nem
sunt
in
filiis
ad
missio
nem
vel
etiam
loquela
agro
de
rordos
quoad
feri
quibus
utrum
vel
etiam
per
alios
ostendit
alias
auto
ritates
7. concl. 4.*

Assentior: Sacerdotes iudicium hoc incongruita causā non posse exercere: & ideo de per le requiritur declaratio peccatorum in specie & significatione, ut bene Trident. suprà. Ergo non sufficit Confessio peccati in genere, quando alia magis particularis haberi nequit, negatur Consequientia. Alioquin non valeret Absolutione, quando unum solū peccatum in particulari explicaretur, ceteris omissis proper importantiam physicam vel moralem, quod Adversarii non audent admittere.

Dices: Disparitas est; quod in ultimo casu saltem aliquid certum explicetur, aptum terminare directam Absolutionem; at verò in causa Conclusionis nihil omnino, ut suprà probavimus.

*103.
Infor-
matio
nem
sunt
in
filiis
ad
missio
nem
vel
etiam
loquela
agro
de
rordos
quoad
feri
quibus
utrum
vel
etiam
per
alios
ostendit
alias
auto
ritates
7. concl. 4.*

Respondeo: questionem esse pro magna parte de nomine: unde Aliqui admittunt, in causa Conclusionis omnia peccata directe remitti coram Deo, nullum autem in foro Ecclesiæ; & ideo omnia rursus esse confitenda in specie & significatione; id est, omnia remitti cum obligatione iterata Confessionis in specie & significatione. Porro Absolutionem sacramentalem semper debere remittere aliquod

peccatum directe in foro Ecclesiæ, unde probatur?

Si ergo per Absolutionem directam intelligas Absolutionem sine obligatione predicta, fateor sic in casu nostro nullum peccatum directe remittitur; sin autem per directam Absolutionem intellexeris veram & absolutam remissionem peccatorum coram Deo, in tantum, ut Deus propter illa peccata sic remissa, nullum deinceps habeat ius aversionis à tali p̄enitente, dico omnia esse directe remissa eodem modo, quo remittuntur per Contritionem Charitatem perfectam. Cui non placet ista solutio; querat meliorem; si forte possit aliquam invenire, quod vix credo.

Et ideo pergo ad tertiam partem Conclusionis, que non habet difficultatem, quando signa Contritionis exhibentur cum ordine ad Confessionem vel Claves; v. g. si p̄enitens dicat Confessario: Volo confiteri, doleo de peccatis, peto à Deo veniam peccatorum; siquidem his aut similibus verbis manifestata Confessario se peccasse, & velle sententiam in hoc foro obtinete, adeoque confitetur peccata sua saltem in genere; quod jam diximus sufficere ad validam Absolutionem, quando perfectior explicitatio peccatorum non est possibilis.

Enimvero in humanis iudicis; quamvis nequeat esse iusta & delictis proportionata sententia, quā reus damnetur ad aliquam peccatum, nisi cognoscatur culpa; tamen sententia Absolutionis & remissionis Rei, se praalentantis, & deferentis, & petentis veniam, esse potest remittendo quidquid illud fuerit, in quo non est servanda proportio, qualis esse debeat inter culpam & peccatum, ut iudicium sit verum & iustum. Cum ergo iudicium sacramentale potius sit Absolutionis, seu remissionis, quam condemnationis, potuit rationabiliter sic institui, quod subinde sufficeret Confessio peccati in genere; & tunc sicut accusatio est confusa & incompleta, & per consequens confusa & incompleta cognitio causæ; ita pariter imperfecta sententia seu Absolutione; not coram Deo, qui statim p̄enitentis perfectissimè novit, sed coram Ecclesiæ, que non iudicat, nisi de externis; & ideo remanet obligatio perfectè explicandi peccata omnia in specie & significatione, ut Ecclesia possit perfectè & completere de illis iudicare.

Perinde autem est, si p̄enitens ore & verbis expressè dicat: Confiteor me peccasse: Accusō me de peccatis: Volo confiteri &c. si nubibus id significet; utpote si rogatus à Sacerdote, an te accuset de suis peccatis, & ut signum præbeat, inclinatione capitis, vel tunnione peccoris, vel compressione manus, vel alio simili, ipse tale signum præsteret.

Solū potest objici; quod Confessio sit pars distincta à Contritione, ergo signum ex-objectione. Tertium Conclusionis non est Confessio. Respon-

to 4.
*Tertia pars
Concl. est
certa, qua-
do signa
Contrito-
nis exhibe-
ntur cum
ordine ad
Confessio-
nem.*

Solvitur.

Respondeo N. C. Cur enim, sicut Confessio peccatorum in specie & signatim, est signum externum Contritionis; que per se insensibilis est; ita signum externum Contritionis non poterit esse vera Confessio peccatorum in genere, salva distinctione Confessionis à Contritione? Si quidem entitas Contritionis planè distinguitur ab illo signo externo, quod habet rationem Confessionis, adeoque quoniam sensibilitas unica sit, servit tamen ad reddendam sensibilem utramque partem, scilicet Contritionem internam, & Confessionem externam.

Patet: quia Contritio, que est quasi materia hujus Sacramenti, principaliter significat internum animi dolorem, ut colligitur ex Trident. sess. 14. c. 4. ubi definitur: *Animi dolor ac detestatio de peccato commiso, cum proposito non peccandi de cetero; nulla facta mentione aliquis signi externi.* Ergo licet quolibet signum externum Contritionis foret vera Confessio peccati in genere, adhuc manebit Confessio, scilicet signum illud externum, distincta pars à Contritione, que per se est actus internus.

106.
Quid si signum externum Contritionis ponatur sine ordine explicito ad Claves vel ad Confessionem: tunc enim negat Suarez posse conferri Absolutionem. Subscribo ejus verba: *Est attentè observandum, non satis esse adhibere signa Contritionis (quod fortè volunt Abulensis suprà) sed necessarium esse ibi adhibere in ordine ad Claves: quia Contritio vel manifestatio ejus per se non est sufficiens materia Sacramenti Pénitentiae; sed quatenus informat Confessionem aliquam, cum qua perficit accusationem sacramentali: & hoc est exhibere signa in ordine ad Claves.* Unde quantumvis infirmus se ostendat devotum & contritum, si nullam fecit mentionem Confessionis, & in eo statu sensum amittat, non potest sacramentaliter absolviri, quia illa Contritio non est relata ad Claves, neque ibi interveniat aliqua Confessio etiam generalis & in absentia. At vero cum exhibet illa signa petendo Confessionem, seu vocando Sacerdotem, jam est materia sufficiens. Hæc illæ.

Quæ licet vera essent, quando quis fano corpore, nihil de mortis periculo suspicans, talia signa adhiberet, putà pugno pectus suum pulsaret, aut suspirans oculos in cælum tolleret, vel respiceret aliquam imaginem crucifixi &c. immo Confessionem generalem faceret, v.g. Sacerdos in Missa, aut minister Misa; equidem in casu Conclusionis, id est, in extrema necessitate seu articulo mortis, non est ratio dubitandi, quin similia signa à moribundo ordinantur ad sacramentalē Absolutionem: nam unusquisque presumit in tali statu desiderare certissimum remedium salutis

**Oppositum
centur Lay-
man & Cha-
peavilla,**

animæ sua, quale est Absolutio sacramentalis. Ita censet Layman Theol. Mor. I. 5. tract. 6. c. 8. n. 4. Et ante ipsum (teste Diana, p. 3. Diana tract. 3. refol. 2.) docuerat Joannes Chapeavilla tract. de Sacramentis ministrandis tempore pestis, c. 3. q. 11.

Quærit hic Auctor, an Parochi teneantur absolvire infirmos signa Contritionis ostendentes? Et respondet, teneri absolvire sub conditione, quia (ait ille) in casu extrema necessitatibus, in quo versantur, non requiriunt expressa, sed sufficit tacita petitio Confessionis. Et probatur primò auctoritate D. Augustini serm. 44. Tunditur (inquit) peccatum, ut arguarum quod latet in peccato, ut evidenter pulsatum caligetur peccatum; reddit enim rationem, quare, qui audiunt, Confiteor, tundit peccatum, scilicet ut manifestetur peccatum, & sic illud castigent. At hujusmodi manifestatio peccati est Confessio, saltem tacita, ad quæ remissionem: ergo in illis signis repente Confessio.

Secundò: signa Contritionis manifestant Contritionem de peccato, quia aliter non essent eius signa: ergo manifestant peccatum ut remittatur; Contritio enim est animi dolor, ac detestatio de peccato commiso.

Tertiò: quia in illo articulo signa illi fieri non solent, nisi ad manifestationem peccatorum quem pungunt conscientiam, & quoniam remedium quæritur medicina. Penitentia vult enim existens in illa necessitate declarare signis illis Contritionis, quod non potest voco, quā libenter (si posset) Confessione petere: nam videmus etiam maximos peccatores, si vel unicum verbum proferre possint, ardentissimè illo tempore efflagitare Confessionem.

Nec valet dicere; quod in illis signis Contritionis sit inclusa aliqua peccatorum Confessio, sed non illa, que sit Sacerdoti; quia sola est sacramentalis. Respondeo, etiam Sacerdoti faciendam contineri; qui enim potest Absolutionem verbis expressis vel signis Contritionis, non potest illam à laico, sed ab Ecclesia & ejus ministro, qui habet potestatem ablolvendi peccata; atque adeo à Sacerdotio: & ita idem est petere Confessionem vel Absolutionem verbis vel signis Contritionis, ac dicere: *Aliquis Sacerdos ablolvat me à peccato, quæ his verbis vel signis Contritionis manifesto in genere, meliori modo, quo nani possum.* Hæc omnia Chapeavilla (inquit Diana suprà) que pri Confessarii in mente teneant, & illa in proxime consulente & impellente deducant, absolvendo supradictos infirmos sub conditione.

Ego idem consul, & ideo examino, & explico prædictas probationes. Atque intromicci à prima, non potui invenire sermo, ut de capitulo 44. quem citat Chapeavilla; sed similius est verba

Auctori, & verba
cipio.
sonat le
peccoris
Confite
tem pecc
tore, &
rum? E
tunio p
verbis:
peccoris
non suffi
solutione
signis a
tum patet
109. Qui
adhibeat
Deo; sic
dit pecc
Deo se e
citando
stam, ac
autem fi
bet illa si
infirmus
tunc sign
solutione
existim
let respo
tertia pr
Relat
& detecta
posuit
servandi
sit præ
mortis p
in tali
implicite
velle feu
talem, o
hic & nu
incertum
peccato
& certum
siderunt
& debet
bito. Q
mus cor
dubo e
aut form
Nec
qua irre
miteret
positam
enim pr
tra eam
si dubiu
angustia
tenuta,

Sect. 9. De Caus. excus. ab integ. Confess. Concl. 5. 703

laudem, & verba lego ferm. 8. de verbis Domini in principio. Hec sunt genuina: *Mox ut hoc verbum sonuit letorū, secutus est etiam sonus tunsonis pectoris vestri, auditio scilicet, quod Dominus ait: Confiteor tibi Pater.* In hoc ipso quod sonuit Confiteor, peccora vestra tutidistis. Tundere autem peccatum quid est, nisi arguere quod latet in peccatore, & evidenter pulsū occulatum castigare peccatum? Ergo, secundum Divum Augustinum, tunso pectoris est signum aequivalens illis verbis: *Confiteor peccatum meum;* ergo tunso pectoris est vera Confessio realis. Cur ergo non sufficiat, cum perinde sit ad validam Absolutionem, sive verbis propriè dictis, sive signis aequivalentibus penitentis confiteatur, ut patet ex alibi dictis?

Qui (inquis) fieri potest, ut illud signum adhibeat ad accipientiam remissionem à solo Deo; sicut, qui nullo Sacerdote praesente tundit peccatum suum; immo verbis confitetur Deo se esse maximum peccatorum, ut sic, existente in se Contritione Charitate perfectam, accipiat remissionem peccatorum. Jam autem fieri potest, ut quando infirmus exhibeat illa signa, nullus adsit Sacerdos, aut certe infirmus non sciat ipsum adesse; ergo videtur tunc signa illa achibere, non ut accipiat Absolutionem sacramentalem, quam pro tunc existimat impossibilem, sed ut recipiat remissionem peccatorum à Deo. Ergo non valet responsio Chapeavilla, neque secunda & tertia probatio.

Respondeo: Contrito animi dolor est, & detestatio de peccato commiso, cum propenso non peccandi de cetero; proinde observandi omnia præcepta divina. Cum ergo sit præceptum divinum confitendi in articulo mortis peccata, antea numquam confessa, qui in tali articulo adhibet signa Contritionis, implicitè significat, immo fatis expressè, se velle fieri desiderare Absolutionem sacramentalē, calu quo possibilis sit, etlo ipse putet hic & nunc eam esse impossibilem. Cum ergo incertum sit, an infirmus non habeat aliqua peccata mortalia, anteā numquam confessa; & certum sit sufficiere ad Absolutionem, si desiderium confitendi ostenderit, quidam posset, & debet sub conditione absolvī? Non dubito. Quippe in illo periculo; etiam Baptismus conferri potest, & debet, quo cumque dubio existente circa sufficientiam materiæ, aut formæ, vel etiam capacitatem subjecti.

Nec fit contra reverentiam Sacramenti: quia irreverentia materialis (si quæ alijs committeretur) absurgitur per conditionem appositam & extreamam necessitatem: quod enim pro salute animarum institutum est, contra eam haudquaque militare debet. Hinc si dubium est, an signa doloris oriantur ex angustia morbi, an ex vera interiori penitentia, danda nihilominus erit Absolutio sub

conditione. Ita communiter Recentiores Lugo, Averla, Dicastillo, Arriaga, Herinx.

Imm̄ Dicastillo disp. 9. n. 768. existimat in casu precedenti, quando videlicet confitatur illa signa oriri ex vera interiori penitentia, non esse necessarium verbis vel mente apponere conditionem, magis quam dum infirmus accusatus se de peccato in communione. Si enim (inquit) semel adstruamus, illud esse signum sufficienter significans penitentiam ordinatam ad Claves; non video, cur in ea Confessione potius, quam in quibuscumque ordinariis Confessionibus debet apponi aut exprimi conditio: *Si possum;* aut: *Si es capax, ego te absolvio.* Tota enim ratio, que est in aliis Confessionibus ordinariis, ut non impendatur Absolutio sub conditione; est: quia Confessarius absoluere judicat Confessionem & dolorem significatum per illam, esse ex parte penitentis materiam sufficientem ad Absolutionem. Ergo supposito, quod tantumdem judicet prudenter absolvire in nostro casu; non est, cur sit sollicitus de adhibenda conditione. Hac illae.

Et in fine ejusdem numeri addit: *sive hac dicat, sive non, ea conditio (si talis appellanda est) semper ineſt. Conditio autem quæ semper ineſt, nil plus operatur expressa, quam si non apponatur & exprimatur.*

Sed contrà, inquis: Ergo neque apponenda erit talis conditio; etli dubitetur, an illa signa oriantur ex vera interiori penitentia; etli dubitetur de vita infirmi &c. Consequenter, quando dubitatur, an quis fuerit baptizatus, poterit absoluere rebaptizati hæc formæ: *Ego te baptizo &c.* qui hec conditio semper ineſt: *Si es capax Baptismi;* sive: *Si nondum baptizatus es.* Cur ergo Alexander III. cap. 2. de Baptismo statuit: *Dé quibus dubium est, an baptizati fuerint, baptizantur (alias baptizantur) his verbis præmissis: si baptizatus es, non te baptizo; sed si nondum baptizatus es, ego te baptizo &c?* Ergo ex mente illius Pontificis non ineſt illa conditio: *Si es capax Baptismi,* quando quis simpliciter baptizatus per hæc verbæ: *Ego te baptizo.* Ergo similiter, quando quis simpliciter absolvitur his verbis: *Ego te absolvio;* non ineſt illa conditio: *Si possum, vel: Si es capax.*

Si respondeas cum Arriaga disp. 31. n. 39. 112. Respondeo: Eo ipso, quod penitentis unum tantum peccatum, & illud sub dubio confitetur, intelligitur Sacerdos dando Absolutionem, respondere illi eo sensu, quo est confessus, hoc est, sub dubio dare Absolutionem, etiam si exterioris id non explicit verbis. Ergo similiter quando peccatum certum penitens dubie confitetur, id est, quando Confessio est dubia, intelligitur Sacerdos sub dubio dare Absolutionem, etiam si exterioris id non explicit verbis;

verbis ; per consequens , quando probabiliter
solū confitetur , probabilem tantum dare
Absolutionem.

Impugna-
tur.

113.
Alia re-
ponit.

Contrā ; eodem modo possim argumentari
in casu Alexandri III. de Baptismo ; quando
offertur puer baptizandus , de quo dubitatur ,
an baptizatus fuerit , intelligi debet Sacerdos
baptizare sub dubio , etiam si exteriorū id non
explicet verbis ; & tamen Pontifex prescribit
verba exteriora ; frustā , ut videtur , si con-
ditio illa nil plus operatur expressa , quām non
expresa.

Respondeo ; quidquid sit de Baptismo , qui in
dubio hodie non solet conferri nisi sub condi-
tione verbis expressa (ut constat ex Rit. Rom.
Tit. de Sacramento Baptismi , ubi de forma
Baptismi) Multorum sententia est , Sacramen-
tum Poenitentie in dubio posse conferri sub
conditione mente tantum concepta , per quam
satis excusat minister a peccato irreverentiae ,
quod indubie committeret , si cum materia aut
forma dubia vellet absolute Sacramentum mi-
nistriare .

Dico : Cum materia aut forma dubia ; quia
(ut Plurimi docent) cum materia aut forma
verè probabili , licet Sacramenta ministrare ab-
solutē & sine aliqua conditione , eodem modo ,
quo cum materia & forma certa . Et secundum
hanc sententiam Dicastillo suprà , ubi
affirmat , non esse necessarium , verbis vel
mente apponere conditionem , videlicet in
tali casu , in quo verè probabile est Absolu-
tione valere .

Illud quasi pro coronide ad calcem hujus
Conclusionis addiderim , quod Confessio pec-
cati venialis in genere , est per se sufficiens
materia Absolutionis , etiam extra necessita-
tem , in eo , qui solū habet venialia : quia
peccata venialia in sua specie non sunt materia
necessaria Confessionis , & aliunde talis Con-
fessio potest esse dolorosa accusatio de pec-
catis . Dico : In eo qui solū habet venialia ; quip-
pe qui habet peccata mortalia , debet ea ex-
primere in specie & sigillatio , ut patet ex
Trident. less. 14. c. 5. de quo alibi latius egi-
mus .

Non est tamen hoc facilē practicandum
(inquit Heringx part. 4. trax. 4. disp. 3.
n. 67.) tum quia obstat usus communis , tum
quia diversi censent id non licere , etiā ego
non videam ullum solidum fundamentum .
Potest proinde generalis clausula , quā poenitentes
sub fine Confessionis le accusant de
omnibus peccatis , ad hoc servire , ut si
forē serius dolor se non extendat ad levia &
quotidiana , qua poenitens jugiter ac velut
ex quadam consuetudine confitetur , nihilominus
valida sit Absolutionis , si adhuc dolor aliquis
de peccatis se extendens saltē ad gravia
aliquando commissa , in quibus etiam veri-
ficatur ista clausula . Hæc ille .

114.
Confessio
peccati ve-
nialis in ge-
nere , per se
est suffici-
ens materia
Absolu-
tionis , etiam
extra nec-
cessitatem ,

Non est ta-
men hoc
facile pra-
cticandum .
Heringx .

Ego autem (quidquid sit de illa clausula , ut
quam approbat usus communis) video fuit Solidum
fundamentum afferendi talem Confessionem non
licere , scilicet usum contrarium Ecclesie
Ecclesie ; tunc ex solo uero contrario Ecclesie
non licet confiteri scripto , quāvis aliquia
per se illa Confessio sit sufficiens . Deinde
aliud solidum fundamentum video , scilicet
incertitudinem istius materie ; non enim defun-
tū , qui censem illam materiam non esse
sufficiem , etiam in necessitate . Et quāvis
(ut suprà dixi) illa sententia hodie vix sit
probabilis , eisdem aliquam causas incerti-
tudinem , præstet quando facile potest ex-
primi aliquod peccatum in particulari : nam
Absolutionis instituta est per modum sententie
& Confessio per modum accusationis ; pondē
sententia & accusationis per se requirunt fieri
specifice ac determinate de certa materia ,
quando sic fieri possunt . Nam autem (ut Multi
satis solidē docent) oportet eligere partem
tutorem in administratione Sacramentorum
præstern accedente communi usu Ecclesie .
Igitur sententia Suarii non caret solidō funda-
mento .

Quavis , que sit illa sententia ? Licet homo
absolutē non teneatur species peccatorum ve-
nialium confiteri , tamen supposito , quod
vult confiteri , tenetur ad exhibendam mate-
riam omnino certam , si potest ; & ideo debet
aliquid peccatum veniale in particulari suo
arbitrio confiteri . Ita Suarez disp. 23. less. 1.
n. 10. quem sequitur Aversa q. 10. less. 165.
Quavis denique dubitari potest .

Dicastillo verò disp. 9. n. 761. Eo ipso
(inquit) quod probabile sit , eam eff. m. 166
Opinionem
sunt veniales sufficiem , & ex alio capite non eff. m. 166
venialiam sufficiem ; non video cur non
possit licet eam adhibere tantum . In Sacra-
mentis enim , quā nullo modo sunt de necessi-
tate salutis , quale est de foliis venialibus in
tali casu , non videtur ita necessarium adhibere
materiam omnino certam , ut obligetur quis
sub culpa , maximē mortali . Nam ad hoc , ut
quis prudenter operetur , satis est , quod ad-
hibeat materiam probabilem : hæc autem est
valde probabilis . Hæc est Dicastillo .

Et numero sequenti addit : si hoc specula-
tivē verum est , etiam præticē erit verum .
Tunc enim tantum ex re moraliter dicturum
quid speculativē quidem verum , sed non præ-
ticē , quando id , quod in speculazione consi-
deratur , non potest exhiberi in prætice , quin
aliqua contingat variatio . Quando verò om-
nino invariatum potest reduci ad prætice
ratione , quā consideratur in speculazione , si spe-
culativē verum est , præticē quoque verum
censeri debet . Quapropter , cū Confessio ve-
nialis in genere posset in prætice exhiberi eo mo-
do , quo speculativē censetur sufficiens , erit
quoque præticē censenda talis . Hæc ille .

Sed

115.
Confessio
exhiberi
sufficiens
repugnat
jus non ha-
formam Bi-
speculati-
men præ-
pugnat
militier
exhibita
ea uti ex-
Ecclesie
lis in ge-
(ut doce-
bet præ-
ea uti , P-
Deinde
ter quo-
alibi)
adminis-
trisi aliqui-
xram
invalidē
que nec
irrever-
materian
cessariis ;
parte , no-
in Sacra-
possum et
charitati

116.
Quod facie-
re possit
Eum prae-
dictum si
sunt nullum
debet sig-
nare .
Contribui-
re in ablen-
tum in ac-
stante d-
vinus f-
in abse-
goum
Cathol-
Respon-

Cori-
m
tu
m
Sa

Sect. 9. De Caus. excus. ab integ. Confess. Concl. 6. 705

moribundum in duello vel fornicatione.

Sed contra: hoc est quod queritur, an Confessio venialis in genere possit in praxi exhiberi eo modo quo speculative censetur sufficiens? Et quod non possit, probatur: quia repugnat in primis praxi communis Ecclesie, cuius non habetur ratio in speculacione; sicuti haec forma Baptismi: Baptizatur servus Christi &c. speculative sufficit in Ecclesia Latina; non tamen practicè, id est, non licet eam uti; quia repugnat praxi communis Ecclesie Latinae. Similiter speculative sufficit Confessio scripta exhibita; non tamen practicè, id est, non licet eam uti extra necessitatem; quia obstat praxis Ecclesie. Ergo similiter etiam Confessio venialis in genere speculative censetur sufficiens (ut docet Suarez supradictus) non ideo tamen debet practicè talis conferi, id est, non ideo licet eam uti, proper contraria proxim.

Deinde, quia secundum multos DD. inter quos Suarez in 3. p. disp. 16. sect. 2. & alibi oportet in Sacramentorum omnium administrationes sententiam tuitorem eligere, nisi aliquid obstat. Omnia (inquam) Sacramentorum: nam aequalis irreverentia est, invalidè ministrare. Sacramentum liberum, atque necessarium. Unde si propter periculum irreverentia sit culpa mortalis, non adhibere materiam omnino certam in Sacramentis necessariis, dico, aequaliter esse culpam ex hac parte, non adhibere materiam omnino certam in Sacramentis liberis, quamvis ex alia parte possit esse disparitas, putat ex parte virtutis charitatis aut iustitiae.

761. Sed initamus ista, & examinemus, punctum principale hujus loci, scilicet Absolutionem moribundi, qui preter vitam Catholicam nullum aliud dedit signum exterum Contritionis, sive in praesentia Confessarii, sive in absentia. Quod addo; quia si dederit saltem in absentia, posse tunc absolviri, non obstante decreto Clementis VIII. diffusè probavimus sect. 7. concl. 4. Sin autem nequidem in absentia Confessarii dederit aliquod signum externum Contritionis, praeter vitam Catholicam, queritur quid practicandum? Responso erit.

CONCLUSIO VI.

Conditionate poteris absolvire moribundum, sensibus destitutum, de quo alius non constat, nisi quod Catholice vixerit, maximè per frequentationem Sacramentorum post peccatum admissum: immò etiam ante peccatum admissum; v. g.

INcipio ab ultima parte, videlicet: **Immò** 119. **E**tiam ante peccatum admissum &c. quam, ad Oppositorum ultime partem, negat de Schildere in Syris Conclusio. populi de Sacramentis §. 59. ibi: Primo, non docet de Schildere, sufficit vita Christianæ acta ante peccatum admissum, qualis est moribundi in duello vel fornicatione.

Ratio est: quod solum commissum peccatum sit Confessionis materia, non committendum: duellista enim invalidè confiteretur, licet fateretur etiam explicitè, duellum à se committendum, adderetur post vulnus acceptum, se Contractionem elicitorum.

Nec refert, quod peccatori, si presumatur attritus, conferri possit Extrema Unctio, quam per vitam Christianæ ante peccatum peractam se desiderare indicavit; nam Sacramentum Praesentiaz ex parte suscipiens non solum desiderium Absolutionis praeteritum, & praesentem Contractionem requirit, sed etiam Confessionem materia sacramentalis, qualis sola est peccatum praeteritum. Hucusque de Schildere.

Sed non est audiendus; nisi forte loquatur de tali duellista, qui nullum admisit peccatum Prima res, ante vitam Christianæ actam: nam si aliquid spacio, admisit, cur saltum istud in articulo mortis non censetur confiteri, veluti si non moretur in duello? Proinde cur non possit absolviri, supposita verà Contractione? Jam enim materia Confessionis non erit peccatum committendum, sed commissum: & aliunde impossibilis est Confessio illius duelli: adeoque ex hac parte non peccat, omittendo illam Confessionem. Atque hoc sit prima responsio.

Respondeo II. Vita Christianæ acta non habet rationem Confessionis, nisi in articulo mortis: ergo duellista moribundus non censetur duellum committendum, sed commissum. Antecedens patet: quia non significat desiderium Absolutionis nisi pro articulo mortis, quando particularis Confessio censetur impossibilis; jam autem non habet rationem Confessionis, nisi in quantum est signum voluntatis confitendi, ut patet ex dicendi pro prima parte Conclusionis: ergo vita Christianæ acta non est Confessio, nisi in articulo mortis de peccatis antea commissis.

Respondeo III. Licet nullus possit confiteri peccatum antequam sit commissum, ut feriat responso. pro tunc absolvatur; quidni tamen possit confiteri peccatum futurum, ut pro tempore futuro absolvatur?

Quia (inquis) non datur in Ecclesia aliquod remedium, institutum pro delendis peccatis futuris. Respondeo: probabiliter tale remedium est Baptismus; quia teste Paludano

Yuuu dano